† In nomine Sanctę et indiuiduę Trinitatis. Otto fauente diuina clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Notum eſſe uolumus uniuerſis ſanctę Dei eccleſię fidelibus noſtriſq; preſentibus atq; futuris, quatenus Liuzo Leonenſis Monaſterij uenerabilis Abbas pro malefactoribus ſuę eccleſię ſepiſſime pulſauit proclamando aures noſtrę clementię, maximeq; pro quodam Riperto raptore ac uaſtatore eiuſdem Monaſterij, qui abſq; omni rationis iure Caſtellum Dale dictum in proprio territorio ſancti Benedicti conſtituit, atq; contra legum inſtituta defendit: Cuius clamoribus potiuſq; eccleſię damnis condolentes, Leonem fortem Capellanum noſtrum in imperialem miſſum ſibi conceſſimus, iubentes, quatenus de hoc et uniuerſis predijs prenominato Monaſterio ſubtractis cum Abbate ſimul legem contradicentibus faceret, atq; recipere, et iuſto placito a uiolantorum manibus eriperet. Qua de re conuenientes ipſi et prenominatus Ripertus iudicibus ab utraq; parte fauentibus conſtituere pari ſententia publicum placitum, in quo per commutationem propriam ſuum dixit eſſe predium, ſi quid proprietatis illic habuit Monaſterium, quam commutationem ſi oſtendere et

Dale Caſtellū in pp.º terri.º S.ti Benedicti

rectam eſſe interrogatus defendere uellet, Imperiali audiente miſſo et preſentibus iudicibus reſpondit, preſto eam habere, et ſecure oſtendere. Tunc audientes eam noſter Imperialis nuntius, et iudices atq; Abbas cum Joanne ſuo aduocato attente intellegens falſam ipſam commutationem dixerunt; atq; iure ſtabilem non eſſe comprobare uoluit Monaſterij et Abbatis iam dictus aduocatus duellari certamine. Quo comperto Ripertus ipſe eccleſię inimicus iniquitatem ultra proficere ſuam non perſpiciens confuſus timuit, atq; pugnam penitus refutauit. Unde ſine dubio cognoſcentes nihil eum rationis aut iuſtitię in hoc placito habuiſſe, nuntius et Capellanus noſter, atq; prudentiſſimi et Deum timentes iudices hoc dederunt iudicium, et teſtificati ſunt, quod abſq; omni iuſta querimonia deberet fieri Monaſterium ad proprium notitia de Caſtello iam dicto, et ceteris appendiciis, ſuper quibus Abbas proclamauerat: quod ſecundum edictum iure complentes, notitiam Monaſterio ſcripſerunt eo tenore, ut ſupradictum eſt, ad proprium: quę publice lecta placuit, et ab Imperiali miſſo et iudicibus ſecum reſidentibus laudata fuit, eorumq; manibus roborata conſtitit. Nos uero ne ulterius inde quicquam huic ſimile oriatur, notitiam eandem noſtra auctoritate roborare, et precepto confirmare dignum duximus, atq; eidem Monaſterio ſancti Benedicti iam dictum Caſtellum cum burgo, atq; cum adiacentiis tam ſuper Lenne quam in corte Mutiano, ſuiſq; pertinentijs Monaſterio ſancti Benedicti attinentibus, de quibus iam dictus Ripertus cum eodem Abbate placitum ſepe habuit, et legaliter diffinire prohibuit, ad remedium animę noſtrę

et Imperij noſtri formidinem noſtra imperiali pagina, et precepto reſtaura-
mus, reddimus, confirmamus, et in æternum immobile hoc decretum mane-
re censemus, eo uidelicet iuris et ſtabilitatis ordine, ut nullus cuiuscu-
ordinis homo contra huius noſtri monimenti et precepti paginam
uenire, aut ullam de prenominato Caſtello et Burgo et alijs terris
ſuprascriptis, earumq. redditibus moleſtiam, seu placiti fatigationem
Liuzoni Venerabili Abbati suisq. succeſſoribus inferre presumat.
Famulos preter ea sancti Benedicti cum omnibus eorum rebus mobi-
libus et immobilibus sub noſtra Imperiali defensione et Mundibur-
dio recepimus, ſtatuentes, ut nullus hominum de personis uel rebus
moleſtiam illis inferat, uel inferre Abbate nolente presumat. Si
quis igitur Dux, Archiepiscopus, Episcopus, Marchio, Comes,
Vicecomes, Sculdaſcius, uel quelibet noſtri Imperij persona de
predictis omnibus noſtra auctoritate firmatis Abbati presenti uel
succeſſoribus suis moleſtiam fecerit, et contra preceptum noſtrũ
uenire temptauerit, et famulis iam dictis in personis uel rebus mole-
ſtiam fecerit, centum libras auri persoluat, medietatem Camere
noſtre, et medietatem iam dicto Abbati suisq. successoribus. Quod
ut semper firmum maneat, manu propria roborantes sigillari pre-
cepimus.

Signum Domini Ottonis  Impera-
toris Augusti.

Heribertus Cancellarius uice Petri Cumani Episcopi re-
cognoui.


Data pridie Non. Junij Anno Dominice Incarnã. millesimo
primo. indict. x iiij. Anno Domni Ottonis Reg. x v. Imp.
.v i. Actum Rome ad Sanctum Paulum feliciter.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Henri-
cus diuina fauente clementia Romanorum Impe-
rator August. Si eccleſiarum Dei usui prospicimus, omnia circa
nos prosperari nullatenus diffidimus. Quo circa omnium sancte Dei
ecclesie noſtrorumq. fidelium presentium scilicet ac futurorum nou-
rit uniuerſitas, qualiter Liuzo Abbas Monaſterij Domini Saluatoris
et sancti Benedicti, quod per Desiderium Regem Longobardorum
conſtat eſse fundatum in territorio Brixiano, loco qui dicitur Leo-
nes, per Leonem Episcopum noſtrum fidelem noſtris presentauit
obtutibus precepta predecessorum noſtrorum Regum et Imperatorum,
uidelicet Caroli, Ludouuici, Berengarij, Hugonis, et trium Otto-
num, que eidem sancto et uenerabili loco ab eisdem concessa et con-
firmata sunt, petens et suppliciter poscens, ut ob amorem Dei, ea
omnia inuiolata ſtatuere, atq. precepti noſtri autoritate confirmare et
corroborare dignaremur: Cuius precibus ob diuine remunerationis pre-
mium digne condescendẽtes hanc noſtre autoritatis paginam peren-
niter et immutabiliter obseruandam fieri iuſsimus: per quam
omnia, que iam dicto Leonensi Monaſterio quocumq. autoritatis modo
collata fuerunt, et ea omnia, que hic inferius annotantur, absq.
cuiusquam inquietudine uel diminutione prefato Liuzoni Abbati

eiusq; ſucceſſoribus, cunctisq; fratribus in iam dicto uenerabili Loco Deo famu
lantibus, confirmamus et corroboramus, atq; integerrime largimur, ideſt Mo
naſterium cum suis adiacentijs, cum baptismali ecclesia sancti Jo
annis, cum omnibus eidem Monaſterio pertinentibus, in summo Lacu,
in Vignole, Campilione, Jullo, Materno, Patinole, Gaucardo, Cybia
to, Guſsiago, Grilliano, Pulliaco, Cauunno, Scauilliano, Casanoua,
Gade. — Biſentiano, Camposuri, Marmorecculo, Caluisiano, Riclo, Gade, Sola
rium in Brixia cum Broilo usq; in uiam orientis et cum ecclesia san
Dale. Mutinorum: cti Benedicti, Casa in Verona, rebus in Taruisio, Dale, Mutia
no, Pauone, Caſtronouo cum ecclesia sancti Andree, Milciano, Go
taringo, cum ecclesia sancti Petri, Sancta Maria in Mauriatica, Capri
na, Cisiniano, Marcelliano, in Quintianello, Vertuina, Lupelli
na, Sala, Villa, Uſtilliano, Turricella cum ecclesia sancti
flexum Andree, Puscasiano, Curterupta, Flexo, Fenti, Fontanelle,
Bucellano, Curte de Silliano, Campaniola, Tizano cum piscatio
nibus suis, Arriola, Limite, Toſtedo, Riuaria, cum portu et
piſcarijs suis, Viacaua, Turricella in ripa Largionis, Dosino,
Caſa cum horto in papia inter duos pontes, et molendinum in
Caterona in finibus Bergomensibus, Columbario in Taurinense
Auriade in Mediolanense in Queſtro sancto Vincentio, Sancto
Martino in Concarodom, res Adelrade, Carpeneculo, Gambera, cum
ecclesia sancte Marie, et ecclesia sancti Petri, et omnes deci
mas desuper totam Abbatiam in usum pauperum et hospitum, San
cta Maria in Gousaringo, Ildros, et res Balduſi Abbatis et Lan

duſi Diaconi in Graniano, et quasdam res Raimperti in Venneſeſco
et omnem medietatem de piscaria in Celonisco. res Bertaldi Comitis
quas in precaria habuit, Panciano, cum ecclesia apoſtolorum
Philippi et Jacobi, et cum plebe sancte Marie, et sancti Sebaſtia
ni, que dicitur Basilica noua non longe ab eadem cellas, spetialiter
etiam cum omni decima ad eandem Cortem, Pantianum pertinen
te, quam semper pacifico et quieto ordine tenuit, ex quo predi
ctus Rex Desiderius eandem decimam iuste et legaliter Mona decimam.
ſterio tradidit, et piscaria in Cenoso, Baiouaria, Ducentula,
Valeriana, Fontana lata, et Xenodochio sancti Benedicti
in monte Longo et Campo mercati, et alio Xenodochio, quod
dicitur Caſsio cum ſuis pertinentijs, in Melierina in Corrigio
Vespariola, Candiliano, in Macreta et mercatum ineodem
loco in Noceto, in Medisiano in Aureliano et duas partes de
ſtrata in Ponte Tremulo et in Sexto manentes sex, in Gri Pontremulum
miacula cum una ecclesia, et in melazano, et Talauurno inte
gerrime, Villa Laude cum duabus partibus de Arcule.
Omnia igitur hec ſuperius inserta, et per precepta predecessoru
noſtrorum tradita et confirmata iuste et legaliter acquisita uel
acquirenda perpetua ſtabilitate concedimus prefato Monaſte
rio poſsidere habere. Statuentes itaq; iubemus ut nulla noſtri
Regni, magna paruaq; persona prescripti Monaſterij Abba
tem de omnibus prenominatis moleſtare uel diueſtire sine legali
iudicio audeat, aut liberos uel famulos in terra Abbatie locatos

uel publica aliqua functione diſtringere, uel inquietare, et infra Abba-
tiam placitare preſumat: ſed liceat ipſius Monaſterij Abbati ha-
bere et ordinare aduocatum quemcumque ſibi uel prefato Coenobio
fidelem et utilem eſſe perſpexerit: et ipſi aduocato data licentia
ab Abbate liceat ſuos mittere qui duellum et ſacramentum uale-
ant facere: nullasque redhibitiones aut publicas excubias, siue an-
garias, seu extructiones murorum perſoluere aut pontium nouas
uel ueteres ſtructiones agere uel renouare compellatur. Ad hec
concedimus, ut liceat Abbati omnes res eiuſdem Monaſterij, de
quibus ſcripta per furtum uel per ignem aut aliquo infortunio
perdita ſunt, pro ut res ſacramentales ſine ullius contradictio-
ne tenere. Anullamus etiam omnes ſcriptiones uidelicet liuel-
larias, precarias, commutationes, quas contra Deum ipſius loci Ab-
bas uiderit eſſe factas. Si quis igitur (quod absit) huius noſtri
precepti uiolator extiterit, componat auri puriſſimi libras mille,
medietatem Camere noſtre, et prefato Monaſterio alteram. Quod
ut uerius credatur diligentiusque ab omnibus obſeruetur, manu pro-
pria firmantes ſigillo noſtro insigniri iuſſimus.

Signum Domni Hemrici  Impera-
toris Auguſti.

Hemricus Cancellarius uice Eucrardi Epiſcopi,
et Archicancellarij recognouit.

6. Anno Dominice Incarnationis M xiij. Indictione xij. Anno
uero Domni Hemrici Secundi regnantis et Imperatoris Au-
guſti xij. Imperij primo. Data quarto Idus Maij. Actum
Papie feliciter Amen.


6. In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Chonradus Diui-
na fauente Clementia Rex. Si eccleſiarum Dei uſui proſpi-
cimus omnia circa nos proſperari nullatenus diffidimus.
Quocirca omnium ſancte Dei eccleſie noſtrorumque fidelium preſentium
ſcilicet ac futurorum nouerit uniuerſitas, qualiter Oddo Abbas Mo-
naſterij Domini ſaluatoris et ſancti Benedicti, quod per Deſideri- Mon.ii s. Saluatoris et s. B.
um Regem Longobardorum conſtat eſſe fundatum in territorio Bri-
xiano, loco qui dicitur Leones per Domnum Aribonem Magu-
cienſem Archiepiſcopum, et Archicancellarium noſtris preſentauit
obtutibus precepta predeceſſorum noſtrorum Regum et imperatorum
uidelicet Karoli, Ludouuici, Lotharij, Berengarij, Hugonis,
et trium Ottonum, atque Hemrici que eidem ſancto et uenerabili
loco ab eiſdem concessa et confirmata ſunt, petens et ſupplicit er
poſcens, ut ob amorem Dei ea omnia inuiolata ſtatuere, atque pre-
cepti noſtri auctoritate confirmare et corroborare dignaremur. Cu-
ius precibus digne ob diuine remunerationis premium condeſcen-
dentes hanc noſtre auctoritatis paginam perhenniter, et immutabi-
liter obſeruandam fieri iuſſimus: per quam, omnia que iam dicto
Leonenſi Monaſterio quocumque auctoritatis modo collata fuerunt, et

ea omnia, que hic inferius annotantur, absq cuiusquam inquietudine uel dimi-
nutione prefato Oddoni Abbati eiusq successoribus cunctisq fratribus in
iam dicto uenerabili loco deo famulantibus confirmamus et corroboramus,
atq integerrime largimur, idest Monasterium cum suis adiacentijs, cum
baptismali ecclesia sancti Joannis, cum omnibus eidem Monasterio perti-
nentibus, in summo Lacu, in Vignale, Campilione, Jullo, Materno,
Patinule, Gauardo, Cauumo, Cubiato, Gusciaco, Grilliano, Pullia-
co, Scauilliano, Casanoua, Birenciana, Camposuri, Marmoretulo,
Caluisiano, Gade, solarium in Brixia cum broilo usq in uiam orientis
et cum ecclesia sancti benedicti, Casa in Verona, rebus in Taruisio
Bale, Auciano, Paone, Castronouo cum ecclesia sancti Andree,
Milciano, Riclo, Gotaringo cum ecclesia sancti Petri, sancta Ma-
ria in Mauriatica, Caprina, Cisiniano, Marcelliano in Quincinello,
Vertuina, Lupellina, Sala, Vila, Cisiano, Ustiliano, Pusca-
siano, Corterupta, Flexo, Fenti, Fontanella, Bucellano, Curte de
Siliano, Campaniola, Tizana, cum piscationibus suis, Arriola,
Limite, Tostedo, Riuaria cum portu cum piscarijs, Viacaua,
Turricella, Doxino, Casa cum horto in papia inter duos pontes,
et Molendinum in Caterona in finibus bergamensibus, Columbario, in
Taurinense, Auriade in Medcolanense, in Questro sancto Martino,
in Concarodoni, res Adelrade, Carpenetulo, Gambera cum ecclesia
sancte Marie et alia sancti Petri, et Castro Turricelle cum
ecclesia sancti Andree ibi prope et omnes decimas desuper totam
Abbatiam in usum pauperum et hospitum, sancta Maria in Gau-

saringo, Hildres, res Baldulfi Abbatis et Landulfi Diaconi, in
Graniano, et quasdam res Raimperti in Vernesisco, et omnem me-
dietatem de piscaria in Colonisco, res Bertaldi Comitis, quas in pre-
caria habuit, Panciano cum ecclesia Apostolorum Philippi et Iaco-
bi cum plebe sancte Marie et sancti Sebastiani, que dicitur Basi-
lica noua, non longe ab eadem cella, spetialiter etiam cum omni decima } Decima
ad eandem Cortem, Pancianum pertinente, quam semper pacifico et
quieto ordine tenuit, ex quo predictus Rex Desiderius eandem } Decimam
decimam iuste et legaliter Monasterio tradidit, sancto Vincentio
et piscaria in Cenoso, Baiouaria, Ducentula, Valeriana,
Fontanalata, et Xenedochio sancti benedicti in monte Longo, et
Campo mercati, et alio Xenodochio, quod dicitur Cassio cum suis
pertinentijs in Melicrina, in Corrigio, Vespariolo, [illegible]liliano
in Macreta, et mercatum in eodem loco, in Noceto, in Melisiano,
in Aureliano, et duas partes de Strata in ponte Tremulo, et in sexto Pontremulo
manentes sex, in Grimiaula, cum una ecclesia et in Melaza-
no, in Talauurno integerrime, Villa, Laude cum duabus parti-
bus de Arcole. Omnia igitur hec superius inserta et per preceptum
predecessorum nostrorum tradita et confirmata iuste et legaliter ac-
quisita uel acquirenda perpetua stabilitate concedimus prefato Mona-
sterio possidere habere. statuentes itaq iubemus ut nulla nostri re-
gni magna paruaq persona prescripti Monasterij Abbatem de omni-
bus prenotatis molestare uel diuestire sine regali iudicio audeat aut
liberos uel famulos in terra Abbatie locatos placito uel publica aliqua

functione diſtringere uel inquietare, et intra Abbatiam placitare pre-
ſumat: Sed liceat ipſius monaſterij Abbati habere et ordinare aduo-
catum quemcunq sibi uel prefato Coenobio fidelem et utilem esse
perſpexerit: et ipſi aduocato data licentia ab Abbate liceat suos
mittere qui duellum et ſacramentum ualeant facere, nullasq re-
dhibitiones, aut publicas excubias, siue angarias, seu extructio-
nes murorum persoluere, aut pontium nonas uel ueteres ſtructiones
agere, uel renouare compellatur. Ad hec concedimus, ut liceat Abba-
ti omnes res eiusdem Monaſterij, de quibus ſcripta per furtum uel
per ignem aut aliquo infortunio perdita sunt, prout res sacramenta-
les sine ullius contradictione tenere. Annullamus etiam omnes
ſcriptiones uidelicet libellarias, precarias, commutationes, quas con-
tra **Deum** ipſius loci Abbas uiderit eſse factas. Si quis igitur
(quod abſit) huius noſtri precepti uiolator extiterit, componat auri
puriſsimi libras mille, medietatem Camere noſtre, et prefato
Monaſterio alteram. Quod, ut uerius credatur diligentiusq ab om-
nibus obſeruetur, manu propria firmantes ſigillo noſtro inſi-
gniri iuſsimus.

Signum Domni Conradi Inuic-
tiſsimi Regis.




Vgo Cancellarius uice Domni Aribonis Archiepiſcopi
Maguntienſis et Archicancellarij recognouijt.
Data idibus Martij Anno Dominice Incarnationis M XXVI. Indict-

viiij. Anno Domnj Conradi Secundi regnantis primo. Actum Piſcaria
feliciter Amen.

In nomine Domni Dei eterni. Chuonradus Diuina fauen-
te Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Notum
ſit omnibus Dei et eccleſie noſtrisq fidelibus preſentibus ſcilicet ac futuris
Oddonem Abbatem Leonenſis Coenobij per noſtram dilectam coniugem Giſe-
lam Imperatricem, noſtram ſuppliciter adijſse clementiam, quatenus pro
amore omnipotentis Dej et ſancti Benedicti atq pro noſtre remedio anime
medietatem de Caſtello, quod dicitur Milicianum, quod Euerardus filius
Lanfranci de Redingo iniuſte tenuerat, unde illum dilectus noſter Ca-
pellanus et miſsus Oruno inueſtierat iuſte et legaliter ad proprietatem
predicti Monaſterij habendum et tenendum, sibi quoq Coenobio firmare-
mus et corroboraremus cuius ſupplicationi aſsenſum prebentes medietatem
de prefato Caſtello cum tota et integra ſua de foris pertinentia iam
dicto Monaſterio concedentes concedimus, confirmantes confirmamus, et
in perpetuum corroborantes corroboramus, atq inuiolabili traditione
largimur, ea ſcilicet firmitate ut nullus deinceps qui nos amat, noſtramq
gratiam diligit, nullaq noſtri regni magna paruaq persona neq ide
predictus Euerardus uel ſui heredes iam dictum Monaſterium de
supranominato Caſtello, ſiue de omnibus eius adiacentijs intus atq
foris ad ipſum Leonenſe Monaſterium pertinentibus diſueſtire
inquietare, uel moleſtare audeat, aut ipſas res aliquo ingenio auferre
ſeu tollere preſumat. Siquis autem huius noſtre ſanctionis uiolator

extiterit, ſciat ſe compoſiturum quinquaginta libras auri optimi, medietatem Camere noſtre et medietatem predicto Monaſterio, Et ut uerius credatur, et diligentius obſeruetur manu noſtra ſubtus firmauimus et ſigillo noſtro ſigillari iuſsimus.

Signum Domni Chuonradi ſereniſsimi et inuictiſsimi Imperatoris Auguſti



1036 Ugo Cancellarius et Epiſcopus uice Domni Aribonis Archiepiſcopi et Archicancellarij recognouit.

Data, Anno Incarnationis Dnj MXXVIJ. Domni uero Chuonradi Secundi regnantis ſecundo Imperantis primo, Indict. x. Actum Verone feliciter Amen.

Vndecimo Calen. Junij

8 In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si eccleſiarum Dei uſui proſpicimus omnia circa nos proſperari nullatenus diffidimus. quo circa omnium ſancte Dei eccleſie noſtrorumque fidelium preſentium ſcilicet ac futurorum nouerit uniuerſitas, qualiter Richarius Abbas monaſterij Domni Saluatoris et ſancti Benedicti, quod per Deſiderium Regem Longobardorum conſtat eſſe fundatum in territorio Brixiano, loco qui dicitur Leones, per Herimannum cancellarium noſtrum fidelem noſtris preſentauit optutibus precep-

precepta

ta predeceſſorum noſtrorum Regum et Imperatorum uidelicet Caroli, Ludouici, Berengarij, Hugonis, et trium Ottonum, atque Emrici, que eidem ſancto et uenerabili loco ab eiſdem conceſſa et confirmata ſunt, petens et ſuppliciter poſcens, ut ob amorem Dei ea omnia inuiolata ſtatuere, atque precepti noſtri autoritate confirmare et corroborare dignaremur: Cuius precibus ob diuine remunerationis premium digne condeſcendentes hanc noſtre autoritatis paginam perhenniter et immutabiliter obſeruandam fieri iuſsimus: per quam, omnia que iam dicto Leonenſi Monaſterio quocunque autoritatis modo collata fuerunt, et ea omnia que hic inferius annotantur, abſque cuiuſquam inquietudine uel diminutione prefato Richario Abbati eiusque ſucceſſoribus, cunctisque fratribus in iam dicto uenerabili loco Deo famulantibus confirmamus et corroboramus, atque integerrime largimur, idest Monaſterium cum ſuis adiacentijs, cum baptiſmali eccleſia ſancti Joannis cum omnibus eidem Monaſterio pertinentibus, in ſummo Lacu Bingnole, Campilione, Jullo, Materno, Patinole, Gauardo, Cubiato, Guſsiaco, Grilliano, Pulliaco, Cauuano, ſcauilliano, Caſanoua, Biſentiana, Camboſuri, Marmoreius, Caliuiano, Rielo, Gade, ſolarium in Brixia cum Broilo uſque in uiam orientis, et cum eccleſia ſancti Benedicti, Caſa in Verona, rebus in Caruilio, Dale, Luciano, Paone, Caſtronouo cum eccleſia ſancti Andree, Milciano, Gotaringo cum eccleſia ſancti Petri, ſancta Maria in Mauriatica, Catrina, Ciſiniano, Marcelliano, in Quintianello, Vertuina, Lupellina, ſala, Vila, Vſteliano, Turricella cum eccleſia ſancti Andree, Puſcaſiano, Curtenuoua, Flexo, Ferri

Gair:-


Dale Manone

flexum

Fontanelle. Bucellano. Curte de Siliano. Campaniola. Tizano cum piſ-
cationibus ſuis, Arriola. Limite. Toſtedo. Riuaria cum portu
et piſcarijs ſuis. Viacaua, Turricella in Ripa Largionis, Do-
ſino. Corrigiam uiridem, Caſa cum horto in Papia inter duos pontes
et Molendinum in Catrona in finibus Bergamenſibus, Columbario in Tau-
rinenſe, Auriade in Mediolanenſe, in Queſtro ſancto Vincentio, ſancto
Martino in arzene, res Adelrade, Carpeneculo. Gambera cum eccleſia
Decimae ſup. tota abbatia — ſancte Marie et alia ſancti Petri, et omnes decimas deſuper totam Abba-
tiam in uſum pauperum et hoſpitum. ſancta Maria in Gauſaringo, Hil-
dros, et res Balduldi Abbatis, et Landulfi Diaconi, in Graniano, et
quaſdam res Raimperti in Vernetiſco, et omnem medietatem de piſcaria
in Celoniſco. res Beraldi Comitis, quas in precaria habuit, Panciano,
cum eccleſia Apoſtolorum Philippi et Jacobi, et cum plebe ſancte Marie
et ſancti Sebaſtiani, que dicitur Baſilicanoua non longe ab eadem
Decima — Cella, ſpetialiter etiam cum omni decima ad eandem Cortem Pancianu
pertinente, quam ſemper pacifico et quieto ordine tenuit, ex quo predic-
Decima — tus Rex Deſiderius eandem decimam iuſte et legaliter monaſterio tra-
didit, et piſcaria in Cenoſo, Baiouuaria, Ducentula, Valeriana,
Fontana lata, et Xenodochio ſancti Benedicti in monte Longo, et cam-
po mercati, et alio Xenodochio, quod dicitur Caſsio cum ſuis pertinen-
tijs in Miliarina, in Corrigio, Veſpariolo. Scandiliano, in Macre-
ta, et mercatum in eodem loco, in Noceto. in Medeſiano, in Aureliano, et
Pontremulus — duas partes de ſtrata in ponte Tremulo, et in ſexto manentes ſex in
Briniacula, cum una eccleſia et in Melazano, et Talauurno inte-

gerrime. Villa Laude cum duabus partibus de Arcole. Omnia igitur
hec ſuperius inſerta et per precepta predeceſſorum noſtrorum tradita
et confirmata iuſte et legaliter acquiſita uel acquirenda perpetua
ſtabilitate concedimus prefato Monaſterio poſsidere habere. ſtatuentes
itaque iubemus, ut nulla noſtri regni magna paruaque perſona preſcrip-
ti Monaſterij Abbatem de omnibus prenotatis moleſtare uel diueſtire
ſine Regali iudicio audeat, aut liberos uel famulos in terra Abba-
tie locatos, uel publica aliqua functione diſtringere uel inquietare
et infra Abbatiam placitare preſumat: Sed liceat ipſius monaſterij
Abbati habere et ordinare aduocatum quemcunque sibi uel prefato Coe-
nobio fidelem eſse perſpexerit: et ipſi aduocato data licentia ab Ab-
bate liceat ſuos mittere, qui duellum et ſacramentum ualeant facere,
nullusque redhibitiones aut publicas excubias ſiue angarias. ſeu ex-
tructiones murorum perſoluere, aut pontium nouas uel ueteres ſtruc-
tiones agere, uel renouare compellatur. Ad hec concedimus. ut liceat Ab-
bati omnes res eiuſdem monaſterij, de quibus ſcripta per furtum
uel per ignem aut aliquo infortunio perdita ſunt, pro ut res ſacra-
mentales ſine ullius contradictione tenere. Annullamus etiam om-
nes ſcriptiones uidelicet libellarias precarias commutationes quas con-
tra Deum ipſius loci Abbas uiderit eſse factas. Si quis igitur (quod
abſit) huius noſtri precepti uiolator extiterit, componat auri puriſ-
ſimi libras mille, medietatem Camere noſtre, et prefato Monaſterio al-
teram, Quod ut uerius credatur diligentiusque ab omnibus obſeruetur, manu
propria firmantes ſigillo noſtro hanc paginam inſigniri iuſsimus.


Signum Domni Chuonradi Romanor Imperatoris Auguſti.




Hermannus Cancellarius uice Pilegrimi Archicapellani recognouit.

Data iij. Cal. Mar. Anno Dominice Incarnationiſ M. xxxvj. Indict. iiij. Anno uerò Domnj Chuonradj ſecundi, regnantis duodecimo, imperij uerò viiij. Actum willenburc feliciter Amen.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis, Henricus Dei gratia Rex. Ineffabilis Domini pietas miſericorditer cuncta diſponens et non ad meritum ſingula iudicans ad hoc nos culmen regiminiſ promouit, ut cum curam nos oporteat agere omnium noſtre prouidentie ſubiectorum, tum maxime miſeriaſ ſuſtentare pauperum, ſtatumq atq incolumitate defendere eccleſiarum; preterea nec iuſte noſtri iuris officio conſtat noſ fungi, si eorumpiam conuerſationem, qui ſua interceſſione aliorum onera ſubleuant, aliqua peruerſorum hominum patimur perfidia inquietari: Qua propter si quid his aduerſi contigerit (quod pius Dominus clementer auertat) deuotius compati, eorumq proſperitati Deo miſerante familiarius nos condecet congratulari. Hac igitur de cauſa Leonenſis Coenobij Abbaſ uenerabilis Richarius ad nos uenit, et ut quaſdam terraſ eccleſie ſue ſub noſtri precepti inſtitutione roboraremus, per interuentu noſtre dilecte coniugis Agnetis impetrauit, uidelicet quicquid Sigefreduſ in curte Barulfi habuit, quod ipſemet pro remedio anime ſue predicte eccleſie cum carta tradidit. preterea ſextam partem de Caſtello Saxoningo cum ſexta parte omnium exteriuſ ad Caſtellum pertinentiu, et quicquid Ferlinda uxor Sigefredi in Plaxano habuit, que omnia eadem eccleſia a predicta Ferlinda precaria conditione acquiſiuit. preter hec Caſtellum de Xulzano cum omnibuſ pertinentijs suis, quod ſemper Leonenſis eccleſia proprio iure habuit, ſibiq licet quorunda perfidia impugnante uendicauit. hec omnia ſub noſtri precepti firmamento prenominate, eccleſie quieto iure ac ſine ulla moleſtia habenda ea conditione roboramus, ut si quis illam unquam diabolo inſtigante ex predictis rebuſ aliquomodo moleſtare uel inquietare preſumpſerit, auri libraſ centum, medietatem noſtre camere, medietatem predicte eccleſie perſoluat. Unde chartulam hanc ad perpetue ſtabilitatis memoriam conſcribi precepimus, quam noſtri nominis inſcriptione ac ſigilli impreſſione confirmamus.



Signum Domni Henrici tertij Regis inuictiſſimi



Kadelohus Cancellarius uice Domni Herimanni Archicancellarij recognoui.

Datum iij Calen Decembris. Anno Dominice Incarnationis M. xliiij, Indict. xij. Anno autem Domnj Henrici tertij, ordin. xvj. Regni v. Actum in Gilheim feliciter Amen.

1177

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Fridericus
diuina fauente Clementia Romanorum Imperator Au-
gustus. Si ecclesiarum Dei usibus prospicimus ad eterne uite meritum
et prosperiore temporalis glorie decursum nobis proficere credimus. Quo circa
omnium sancte Dei ecclesie, Imperijq nostri fidelium, presentium scilicet
ac futurorum nouerit uniuersitas, qualiter dilectus noster Daniel uenera-
bilis Abbas Monasterij Domni Saluatoris et sancti Benedicti, quod per Desi-
derium Regem Lombardorum in territorio Brixiano constat esse fun-
datum, in loco qui dicitur Leones, asumptis sibi pluribus intercessori-
bus presentauit nostris obtutibus precepta predecessorum nostrorum Re-
gum et Imperatorum, uidelicet Caroli, Ludouici, Berengarij, Hugo-
nis, et trium Ottonum, atq Henrici, que eidem sancto, et uenerabi-
li loco ab eisdem concessa et confirmata sunt, petens et suppliciter
poscens, ut ob amorem Dei ea omnia inuiolata statuere, atq precepti
nostri autoritate confirmare et corroborare dignaremur. Cuius pre-
cibus ob diuine remunerationis premia clementer acquiescentes, hanc
nostre autoritatis paginam perenniter et immutabiliter obseruandam
fieri iussimus: per quam omnia, que iam dicto Leonensi Monaste-
rio quocunq autoritatis modo collata fuerunt, et ea omnia, que hic
inferius annotantur, absq cuiusquam inquietudine uel diminutione pre-
fato Danieli Abbati, eiusq successoribus cunctisq fratribus in iam
dicto loco Deo famulantibus, confirmamus et corroboramus, atq in-
tegerrime largimur, idest Monasterium cum suis adiacentijs cum bap-
tismali ecclesia sancti Joannis, cum omnibus eidem Monasterio per-

25

tinentibus, in summo Lacu, in Vignole, Campilione, Jullo, Materno,
Patinole, Gauardo, Cubiato, Gussiaco, Grilliano, Pulliaco, Cauun-
no, Scauilliano, Casanoua, Bisenciana, Camposuri, Marmoretulo,
Caluisiano, Riclo, Gaide, solarium in Brixia cum Broilo usq in- Gude
uiam orientis et cum ecclesia sancti Benedicti. Casa in Verona,
rebus in Taruisio, Bale, Muciano, Paone, Castronouo cum ec- Bale, Mu..
clesia sancti Andree, Milciano, Gotaringo cum ecclesia sancti
Petri, sancta Maria in Mauriatica, Cosprina, Cisimiano, Marcel-
liano, in Quincianello, Vertuina, Lupellina, Sala, Vila, Uste-
liano, Turricella cum ecclesia sancti Andree, Puscasiano, Corte
rupta, Flexo, Fenti, Fontanelle, Bucellano, Corte de Silliano, Flexum
Cambancola, Tizano, cum piscationibus suis, Arriola, Limite,
Mosledo, Riuaria cum portu et piscarijs suis, Viacaua, Tur-
ricella, in ripa largionis, Dosino, Corrigiam uiridem, Casa cum
horto in Papia inter duos pontes, et molendinum in Catrona in finibus
Bergamensibus, Columbario in Taurinense, Auriade in Mediolanense, in
Quostro sancto Vincentio, sancto Martino in Ardene cum Spineta, S. Martinus in Ardene
res Adelrade, Corpenetulo, Ecclesia sancti Gerasij cum possessio-
nibus suis, Gambera, cum ecclesia sancte Marie, et alia san-
cti Petri, et omnes decimas desuper totam Abbatiam in usum pau- Decimas super totam Abbatiam
perum et hospitum, sancta Maria in Gausaringo, Hildros, et res
Baldulfi Abbatis, et Landulfi Diaconi, in Graniano, et quas-
dam res Raimperti, in Vernetisco, et omnem medietatem de pis-
caria, in Celoniseo, Gazuolo, cum ecclesia sancte Marie, et

Decima. res Bertaldi Comitis, quas in precaria habuit, Panciano, cum eccle-
ſia Apoſtolorum Philippi et Jacobi, et cum plebe ſancte Marie, et San-
cti Sebaſtiani, que dicitur Baſilicanoua non longe ab eadem Cella, ſpe-
cialiter et cum omni decima ad eandem Cortem Pancianum pertinente, quã
ſemper pacifico et quieto ordine tenuit, ex quo predictus Rex Deſi-
Decimam. derius eandem decimam iuſte et legaliter monaſterio tradidit, et piſ-
caria in Cenoro, Baiouuaria, Ducentula, Valeriana, Fontana lata,
et Xenodochio ſancti Benedicti in Monte Longo et campo mercati, et
alio Xenodochio, quod dicitur Caſſio cum ſuis pertinentijs in Mi-
liarina, in Corrigio, Veſpariolo, Scandiliano, in Macreta, et mer-
Pontremuli. catum in eodem loco, in Noceto, in Medeſiano, in Aurehiano, et duas
partes de ſtrata in ponte Tremulo et eccleſia ſancti Georgij cum
poſſeſſionibus ſuis, et in Sexto manentes ſex in Griniacula cum
una eccleſia, et in Melazano, et Talauurno, Integerrime Villa lau-
de cum duabus partibus de Arcule, omnia igitur hec ſuperius inſer-
ta, et per precepta predeceſſorum noſtrorum tradita et confirmata
iuſte et legaliter acquiſita uel acquirenda perpetua ſtabilitate con-
cedimus prefato monaſterio poſſidere habere. Preterea ſi aliquid
eſt uel inueniri poteſt tam in circuitu eiuſdem Coenobij, quam alio-
rum ſupranominatorum locorum ad ipsum pertinentium, quod ad regale ius de-
ficientibus olim hereditarijs ſucceſſoribus deueniat, eidem Coenobio ob
anime noſtre remedium noſtra preceptali donatione et largimur,
et confirmantes roboramus. De ſeruis uero et ancillis ipſius loci
a ſuo conditore in ſeruitium Monachorum Deo ſeruientium inibi tra-

tradittis.

ditis, qui ſuos filios uel filias occaſione alienandi eos uel eorum filios
a ſeruitio, liberis coniugio tradunt, aut e contra ſuſcipiunt, conſtitui-
mus et confirmamus, ut iuxta quod in preceptis predeceſſorum
noſtrorum Regum et Imperatorum conſtitutũ habetur siue de pater-
na seu de materna generatione deſcenderint, nullatenus a famu-
latu diſcedant, ſed in perpetua ſeruitute permaneant, et in ſuorum
parentum ſeruorum ſcilicet conditione perdurent. Statuentes itaque
iubemus, ut nulla regni noſtri magna paruaque perſona preſcripti mo-
naſterij Abbatem de omnibus prenominatis moleſtare uel diueſtire
ſine regali iudicio audeat, aut liberos uel famulos in terra Abba-
tie locatos aliqua publica functione diſtringere uel inquietare,
et infra Abbatiam placitare preſumat. Sed liceat ipſius monaſterij
Abbati habere et ordinare aduocatum quemcunque ſibi uel prefato
Coenobio fidelem eſſe perſpexerit: et ipſi aduocato data licentia ab
Abbate liceat ſuos mittere, qui duellum et ſacramentum ualeant
facere: hominesque eiuſdem monaſterij nullas redditiones aut publi-
cas excubias siue angarias, seu extructiones murorum perſol-
uere aut pontium nouorum uel ueterum ſtructuras facere uel
renouare compellantur. Ad hec concedimus, ut liceat Abbati
omnes res eiuſdem monaſterij per furtum uel per ignem aut aliquo
alio infortunio perditas prout res ſacramentales recuperare et
ſine ullius conditione tenere. Annullamus etiam omnes ſcriptio-
nes uidelicet libellarias, precarias, comutationes, quas contra
iuſtitiam et utilitatem ipſius loci Abbas eiuſdem monaſterij ui-


preſcriptio centũ annor

Aque Molendini

derit eſſe factas. Inſuper ſtatuimus, ut in repetendis ecclesie illius poſseſsionibus nulla temporis, niſi centum annorum preſcriptio Abbati et fratribus eiuſdem Coenobij queat obiſtere, et ut ipsi se quadraginta annorum perſcriptione contra quemlibet impetentem poſſint tueri. Preterea decrevimus, ut in aquis eiuſdem Abbatie nemo molendinum uel aliquod edificium sine iuſsione Abbatis edificare preſumat. Siquis igitur quod abſit, huius noſtri precepti uiolator extiterit, conponat auri puriſsimi libras mille, medietatem Camere noſtre, medietatem prefato Monaſterio. Quod ut uerius credatur, diligentiusq; ab omnibus obseruetur, preſentis priuilegij paginam fecimus inde conſcribi, et maieſtatis noſtre sigillo roborari; cuius rei ~~sunt~~ teſtes sunt Oulricus patriarca Aquileie, Chriſtianus Maguntinus Archiepiſcopus, Chuonradus Uuormatienſis electus, Salomon Tridentinus Epiſcopus, Ortuuinus protonotarius, Sebaſtianus Ziani dux Venetie, Rugpertus de Durna, Bodo de Meſsingen. Heinricus de Limingen. Henricus mareſcalcus, Uuolterius dapifer, Chuonradus pincerna, Artimanus Camerarius et alij complures.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris inuictiſsimi.

Ego Godefridus Cancellarius uice Philippi colonienſis Archiepiſcopi et Italie Archicancellarij recognoui.



Acta ſunt hec Anno dominice Incarnationis MCLXXVIJ. Indictione X, regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſsimo. Anno regni eius XXVJ. Imperij autem XXIIIJ. feliciter Amen. Datum apud Venetias in palatio Ducis XVJ Calen. Septembris.

Subſcriptiones notariorum omiſsis signis sunt &c.

✠ Ego Marcus ſacri palatij notarius hoc exemplum ex autentico sigillo domini Imperatoris Frederici sigillato fideliter exemplaui, nihil addens uel minuens, preter literas plus minusue.

✠ Ego Joannes sacri palatij Notarius autenticum huius exempli sigillo Domini Frederici Romanorum Imperatoris sigillatum uidi et legi. et ſic in eo continebatur ut in hoc exemplo legitur.

✠ Ego Petrus sacri palatij notarius autenticum huius exempli sigillo domini Frederici Romanor. Imperatoris sigillatum uidi et legi, et ſic in eo continebatur, ut in hoc exemplo legitur.

✠ Ego Bertolottus Imperialis sacri palatij Notarius autenticum huius exempli sigillo D. Frederici Romanor. Imperatoris sigillatum uidi et legi et sic in eo continebatur, ut in hoc exemplo legitur.

✠ Ego Bernardus ſacri palatij Notarius autenticum huius exempli sigillo D. Frederici Romanor. Imperatoris sigillatũ uidi et legi. et sic in eo continebatur, ut in hoc exemplo legitur.

✠ Ego Jacobus sacri palatij Notarius autẽticũ huius exempli sigillo D. Frederici Romanor. Imperatoris sigillatũ uidi et legi, et sic in eo continebatur ut in hoc legitur exemplo.

✠ Ego Berardus sacri palatij et inuictiſsimi Imperatoris Frederici

notarius autenticu͂ huius exempli sigillo Frederici Romanorum Im-
peratoris sigillatu͂ vidi et legi, et sic in eo continetur, ut in hoc exe͂-
plo legitur.

IN Noie dni nri Iesu xpi Anno ab eiusdē natiuit Millo quin-
gentesimo quadragesimo Tertiadecima Indict: Ego Joanes Antonius
ferro Cancellarius Clmi dni Hermolaj Mauroceno pro Illmo ac
Exmo. DU. DO. Venetiar. nri digmi potatis Brixie omissu
priuilegior exemplu cu alijs originalibus antiquis et autenticis
in Cancela pfatj Clmj. D. potis pntatis noie Rdi. D. Comitis
Hieronymi martinengo abbatis Abbatie de Leno penes eum
existentibus, de verbo ad verbu in oibus ut iacet fidelit ausul-
tauj, et quia concordar inuenj me subscripsi die quarto nobris
anno antescripto, sigilloq diui marci munivj

IN noie dni nri Jesu Christi, Ano a natiuitate eiusdē millesio quingentesio quadra-
gesimo Tertiadecima Inditione / Ego Jo. franc. alpherius ViceCancellarius Clmi dni
franc. Venerij digmi Capitanj Brix. Pro Sermo Dn. Do. Venet. etc Premissu
priuilegior exemplu, Cu alijs originalib. antiquis et autenticis In Cancellaria
pfati Clmi dni Capitanei pntatis noie Rdi dni Comitis Hieronymi de

Martinengo abbatis abbatie de Leno, penes eu Existentib, de verbo ad verbu
In oibus ut iacent, fidelit auscultaui, Et quia Concordare inueni, me
subscripsi die quarto nobris Ano et Inditione de quib. supra, sigilloq
diui marci muniuj.

Mon.rii s. Salvat. et s. Bndict.

Silueſter Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ca-
riſſimo in Domino filio Liuzoni Abbati monaſterij Domini et Sal-
uatoris noſtri, et ſancti patris Benedicti a piiſſimo Desiderio diuę
memorię Rege conſtructi in loco, qui dicitur Leones in territorio
Brixiano, tibi uidelicet tuiſq; ſucceſſoribus in perpetuum. quoniã
ſemper concedenda ſunt, quę rationabiliter atq; congrue à fidelibus
petuntur, ob deuotionem pij conditoris noſtri, oportet nos in priui-
legijs preſtandis noſtram nullo modo denegare munificentiam. igitur
quia petiſtis à nobis, quatenus quędam Cortis, quę Pancianum uo-
catur à prenominato bonę memorię Desiderio magnifico Longo-
bardorum Rege uenerabili Coenobio Leonensi in territorio Brixia-
no a se conſtructum, priuilegiis apoſtolicę Sedis decoraretur,
quatenus iam dicta Cortis, ubi ipsam Cellam ad habitandum per-
petualiter Monachis conſtituit, nullius unquam alterius dicionis
uel poteſtatis ſeu ordinationis ſubmitteretur dominio, ueſtris eius
desiderijs per hanc noſtram priuilegij autoritatem, id quod poſtu-
laſtis, libenter concedimus: et ideo quorumlibet ſacerdotum et
omnium hominum in prefata Cella conſtructa in territorio Mo-
tinensis atq; conſecrata in honorem sancti patris Benedicti, et
Sanctorum Apoſtolorum Philippi et Jacobi, uel in Villis, ſeu Caſis,
atq; eccleſijs, ſiue maſaritijs ad ipsam pertinentibus quamlibet
iurisdictionem uel poteſtatem, ſiue autoritatem, aut ordinatio-
nem preter Abbatem, qui pro tempore fuerit in predicto Coeno-
bio Leonensis ordinatus, haberi prohibemus. Hoc deniq; hac
noſtra Apoſtolica autoritate conſtituimus, ut nulla magna uel
parua persona eidem Cellę, ſiue plebi Sanctę Marię, ad ip-
sam pertinenti, ſiue in ſeruis Dei ibidem degentibus, uel in fa-
milijs utriuſq; sexus, aut etiam in liberis ſuper terras eidem
Cellulę ubiq; reſidentibus, uel in cunctis rebus ad eam per-
tinentibus, mobilibus, et immobilibus aliquam moleſtiam inferre
presumat, pariterq; confirmamus et corroboramus eidem Cor-
ti ſeu Cellę diſtrictum ſeruorum et liberorum, et decimas, et
primitias eorum circumquaq; laborantium, ad predictam ple-
bem Sanctę Marię, uel ad ipsam Cellam iuſte et legaliter per-
tinentes: ſicut per preceptum eiusdem ſui conditoris, et ſuorum
ſucceſſorum Regum et Imperatorum ibidem conceſſum et corro-
boratum habetur, et a noſtris predeceſſoribus Sanctę Romanę
Eccleſię pontificibus. Monachorum uerò, necnon et Canonicorum
tam liberorum quàm famulorum, altarium quoq;, uel eccleſiarum
conſecrationem, et Chriſma, ſeu quicquid ad ſacrum myſte-
rium pertinet, à quibuſcunq; presulibus fuerint poſtulata,
gratis concedimus, et absq; reprehenſione tribuenda. Statue-
tes deniq; Apoſtolica cenſura precipimus, ut nullus mortalis
homo ullum diſtrictum in aliquibus locis ipsius Cortis ſiue
Cellę, habere uel iudicare, ſeu aliquod placitum absq; licentia
Abbatis tenere presumat, uel res ipsius loci eccleſiaſticas aut
ſeculares quouismodo alienare uel ibi moleſtiam inferre, aut
fodrum, uel paratas, ſeu aliquas publicas functiones exigere

vel requirere audeat. Hec autem omnia que superius leguntur tibi
Liuzoni in Domino fili, tuisque successoribus à presenti duodecima
Indictione per hanc noſtri priuilegij paginam Apoſtolica autorita,
te confirmamus, concedimus, et corroboramus secundum predic,
tum modum. Siquis autem temerario auſu (quod non optamus) con
tra hoc noſtrum priuilegium uenire tentauerit, et sicuti a noſtra
Apoſtolica autoritate concessum et corroboratum eſt, permanere
non dimiſerit, ſciat ſe anathematis uinculo innodatum à Patre
et Filio, et Spiritu sancto, et ab autoritate beati Petri principis
Apoſtolorum, cuius nos immeriti uice fungimur, necnon et cum dia,
bolo et Juda traditore Domini noſtri Jesu Christi eterni incendij
supplicio concremandum. At uero qui pio intuitu obseruator
in omnibus extiterit, cuſtodiens huius noſtri priuilegij conſtituta
ad cultum Dei respicientis, benedictionis gratiam à misericordiſsi,
mo Domino Deo consequatur, et uite eterne particeps esse merea,
tur in secula seculorum. Amen ℞ Bene Valete.

Scriptum per manum Antonij Regionarij Notarij et Scriniarij Sancte
Romane Ecclesie. Indict. xij.

Data xiij Calen. Maij per manum Joannis Episcopi sancte Alba,
nensis Ecclesie, et Bibliothecarij Sancte Romane Ecclesie, ut su
pra in mense, et Indictione suprascripta xij. Anno Pontificatus
Domni Siluestri iunioris Pape primo.

Benedictus ſeruus ſeruorum Dei, Reuere-
dissimo in Domino Jesu christo filio Oddoni Abbati Venerabilis Mo, Mon. S. Saluatoris et S. Bndi
naſterij Saluatoris Domini noſtri Jesu Christi et beati Benedicti, a
pijssimo Desiderio diue memorie Rege conſtructi, in loco qui di, In loco q dicitur Leones
citur Leones territorio Brixiano, tibi uidelicet successoribusque tuis
in perpetuum. Conuenit Apoſtolico moderamini pia religione pollen,
tibus beneuola compassione ſuccurrere, et poſcentium animis alacri
deuotione impertiri assensum: ex hoc enim lucri potiſsimum a con,
ditore omnium Domino promeremur, si uenerabilia sanctorum loca om,
ni poſse noſtro ad meliorem fuerint sine dubio ſtatum perducta.
Igitur quia ueſtra dilectio noſtro Apoſtolatui humiliter poſtula,
uit, quatenus concederemus atque confirmaremus uobis, uidelicet pre,
fatum Monaſterium Saluatoris Domini noſtri Jesu Christi et Sancti
Benedicti priuilegijs Apoſtolice sedis decoratum et roboratum: ne
uidelicet alicui hominum preter Deo et Regi subiugatum, et ipsum
à sui ſtructoris condicione periclitaretur, et Apoſtolica sedes de
decus inde pateretur, Tum pie interuentionis coacti debito, tum
predecessorum noſtrorum admoniti exemplo tue rationabili petitioni
per hanc noſtri priuilegij autoritatem salubri moderamur assensu.
Per illam itaque autoritatem quam Christus Dominus noſter beato
Petro Apoſtolorum principi et Sancte Ecclesie Rectoribus con
ceſsit, conſtituimus et ordinamus ut nunquam locus ipse, aut res
ad ipsum pertinentes preter Deo et Regi alicui submittatur persone,
nullusque mortalium preter Regie poteſtatis culmen in prefato mo

aquis aquarumque piscationibus ripis siluis

nasterio aut in Cortibus, uel in Castellis, siue in plebibus, aut in cellis
seu in Villis, aquis, aquarumque decursibus, ripis, pascuis, siluis, pis,
cationibus paludibus casis, omnibusque rebus mobilibus et immobi,
libus ad ipsum pertinentibus, necnon in seruis Dei, aut in famulis utriusque
sexus, siue etiam in liberis super terras eidem monasterio residen,
tibus aliquam ordinationem uel autoritatem, siue potestatem, aut
iurisdictionem tenere, uel conuersationem Monachorum impedire, seu
molestiam inferre presumat, aut in aliquibus locis ipsius monasterij
districtum habere, uel iudicare, seu aliquod placidum absque licentia
Abbatis tenere, uel res monasterij inuadere, aut quouismodo aliena,
re, aut fodrum uel paratas, seu aliquas publicas functiones
exigere uel requirere audeat: sed in sua libertate permaneat, re,
gali amodo uel imperiali submissum dicioni uel defensioni.
Confirmamus insuper eidem uenerabili loco ecclesiam sancti Joan,
nis Baptiste, et res intra Ciuitatem Brixiam, uel foris, seu quic,
quid per totum ipsum comitatum habere uidetur, Cellam, fontanam
Latam cum omnibus uiculis uel Cellis ad ipsam pertinentibus, Tur,
ricellam et Borinum, et Xenodochium in Montelongo, et padinole,
et Summum Lacum, seu riparia, Cellam quoque panciam cum eccle,
sia sancti Jacobi et plebem sancte Marie ad ipsam pertinentem,
Alias etiam quascunque res in Castellis, Vicis, Cellis, Cortibus om,
nibus possessionibus que a fidelibus diuersis temporibus ubicunque per totam Ita,
liam oblata sunt, uel in futuro tempore data fuerint, uel acquisita
iuste et legaliter pertinentia, districtum etiam seruorum et liberorum

in futuro temp.

decimas

et decimas et primitias eorum et plebis Monasterij sicut per preceptum
eiusdem sui conditoris et suorum successorum Regum et Imperatorum et à
nostris predecessoribus sancte Romane Ecclesie pontificibus conces,
sum et corroboratum habeatur. Hec igitur omnia que supra memo,
rata sunt, tibi Oddoni in Domino filio tuisque successoribus à presenti
secunda Indictione per hanc nostri priuilegij paginam Apostolica autori,
tate concedimus, confirmamus et corroboramus secundum predictum
modum. Sanctum quoque chrisma uel sanctificationis oleum, consecra,
tiones Monachorum uel clericorum, famulorum et liberorum, seu quicquid
ad sacrum mysterium pertinet, à quibuscunque presulibus fuerint pos,
tulata, gratis concedimus et sine reprehensione tribuenda. consecra,
tionem uero Abbatis nobis nostrisque successoribus omni tempore reser,
uamus: de qua, quoniam beato Petro Apostolorum principi et nobis, qui eius
Vice immeriti fungimur, olim Andreas Abbas apostolicas constitutio,
nes paruipendens, et anathematis nodo ligari non metuens, hanc a
Brixiensi presule suscipiendo, dedecus intulit, eadem benedictio sibi
in maledictionem (ut cunctis liquido patet) conuersa est: adeo ut diuina
animaduersione feriretur, humanaque ratione, ac naturali sensu penè
carens dulce amarum, et amarum dulce putaret, cunctisque bonis homi,
nibus odibilis, eodem honore, ut potè indignus, publice priuare,
tur: Summum quoque, ac piissimum principem Henricum intan,
tum sui assensus seueritate cognita penituit ut preces et munera
sponte offerret pro ipsius reatus uenia promerenda. Hanc itaque
ut prefati sumus nobis nostrisque successoribus reseruantes apostolica

mur et interdicimus per terribile Dei omnipotentis nomen, et per auto
ritatem beati Petri Apoſtolorum principis noſtreque ſublimitatis, ne ullus
cuiuslibet meriti antiſtes noſtre conſtitutioni uel predeceſſorum noſtrorum
refragari preſumens eam ullo tempore requirere, uel largiri audeat,
neue aliquis ipſius Monaſterii Rector alicubi illam ſuscipere preſu
mat, niſi forte per legatum à nobis directum id iuſſerimus perfici: que
admodum de te cariſſime in Domino fili Oddo per noſtrum dilec
tum Benedictum Portuenſem Epiſcopum uoluimus fieri. Conſtitui
mus insuper et ordinamus ut tibi tuiſque ſucceſſoribus, quicunque poſt
tuum deceſſum inibi per electionem Monachorum ordinatus fuerit,
ſecure liceat in adepto honore et tranquille uiuere neque unquam
ipſo priuari, niſi ſponte renuntiauerit, aut de aliquo crimine ante
noſtram preſentiam uel imperialem celsitudinem conuictus fuerit.
Siquis autem temerario auſu (quod non optamus) contra huius no
ſtri priuilegii autoritatem uenire tentauerit, ſciat ſe, niſi reſi
puerit eterne maledictionis et anathematis uinculo innodandum, nec
non cum Dathan, et Abiron, Janne, et Mambre partem ſuam po
nendam et cum Diabolo, et Juda traditore Domini noſtri Jesu Christi
eterni incendii ſupplicio mancipatum. Quod qui pio intuitu in om
nibus obſeruator extiterit gratiam et benedictionem Dei patris, et
Filii, et Spiritus Sancti conſequatur, et Vite eterne particeps
eſſe mereatur in ſecula ſeculorum. Amen.

Scriptum per manum Stephani Notarii Regionarii, et Scrinarii San
cte Romane Eccleſie. in menſe Junio et Indictione ſupradicta

ſecunda. Bene Valete:~

Datum Idus Junias per manus Benedicti Epiſcopi Portuenſis, et biblio
thecarii ſancte Apoſtolice Sedis temporibus Domini noſtri Benedicti sum
mi Pontificis et uniuerſalis Pape in ſacratiſſima ſede beati Petri
Apoſtoli, Anno ſeptimo, Indicti Secunda, in menſe ſuprascripto Junio,
Die Nona:~

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. An
no Dominice Incarnationis milleſimo ſexage
ſimo Domno uenerabili papa Nicolao ſecundo in Apoſtolica Sede
Anno Secundo preſulante, Henrico tertii Henrici filio regnante, in
Italia nullo imperante menſe Aprili. Indictione Tertia decima
currente, Actum Rome feliciter. Quoniam ſcimus mentes ho
minum concupiſcibilis eſſe nature, necnon obliuiſcibilis, nec ita
tenacis memorie, ut non egeant recordatione dignum putauimus
conſulere concupiſcibili, et prodeſſe obliuiſcibili: quatenus, et meta
imponatur ambitioni, et locus omnis prorsus auferatur obliuioni,
Idcirco ego in Dei nomine Octauianus Sancte Apoſtolice ſedis
notarius que acta ſunt in preſentia predicti Domini Pape Ni
colai inter Lunenſem Epiſcopum Guidonem et Guenzelaum Le
nenſem Abbatem, huic cartule ſtudui annotare: ne aliquis eorum
aliquando à ſubiecte rei ueritate audeat deuiare. Conſedentibus
igitur et aſtantibus coram ſuprascripto papa domino Nicolao qua

plurimis episcopis religiosis Abbatibus ac reliquorum ordinum Clericis in Camera Sacri Lateranensis palatij conquestus est iam dictus Leonensis Abbas contra Lunensem Episcopum, quod decimationem Curtis de Montelongo, eiusque pertinentiarum, quam Abbatia sua iam per centum et eo amplius annos tenuerat, ipse sine aliquo ecclesiastico et mundano iudicio abstulerat, et uiolenter inuaserat. Episcopus autem respondit, decimas omnes secundum statuta canonum esse in potestate Episcopi: ac proinde Abbatem exinde iniuste conqueri. Tunc Cardinales Episcopi dixerunt se interfuisse concilijs, quibus felicis memorię Papa Leo atque Victor sanctiones sanctorum patrum confirmauerunt: ut decimas, aut quascunque res Ecclesię Dei per quadriennalem uel tricennalem quietem sine contradictione possederunt, ex tunc secure in perpetuum haberent: a modernis autem decimis Episcopatibus subtrahendis abstinerent omnibus modis. quibus auditis et recognitis ab illis ipsis Cardinalibus Episcopis scilicet Humberto Siluę candidę, Bonifacio Albanensi, Rotero Ostiensi, Joanne Portuensi, Anselmo Lucensi, Uiberto serenissimo imperiali Cancellario Desiderio uenerabili Abbati Cassinensi, Adraldo Bremensi, alijsque compluribus, ita est diffinitum et iudicatum, atque a sacratissimo iam dicto Papa laudatum et confirmatum ut illam decimationem unde querela agitabatur prefata Abbatia sine ulla contradictione teneret in perpetuum: quoniam si rata debet esse possessio annorum tricena uel quadragena, multo magis

proculdubio ualebit et centena. ita tamen ut si Episcopus putat se habere antiquiora priuilegia Abbatia interim tenente ratio iustitię postmodum inde fiat. Hęc igitur facta sunt sub anno et Mense, atque indictione suprascripta in Palatio Lateranensi. Scriptum per manus Octauiani notarij, et Sacri palatij Scriniarij :~

✠ Ego Nicolaus Sanctę Romanę et Apostolicę Ecclesię presul iudicaui et laudaui ss.

✠ Ego Ildeprandus Sanctę Romanę Ecclesię Archidiaconus ss.

✠ Ego Petrus peccator Monachus ssi.

✠ Ego Humbertus dictus Episcopus sanctę Ecclesię Siluę candidę interfui et ssi

✠ Ego Desiderius Cardinalis Sanctę Romanę Ecclesię atque Abbas Montis cassini ssi.

✠ Ego Adraldus Bremensis Abbas interfui, laudaui, et subscripsi.

Gregorius Episcopus seruus seruorum

DEI, Dilecto filio Artuico Monasterij Leonensis Abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Supernę miserationis respectu ad hoc uniuersalis Ecclesię curam suscepimus et Apostolici moderaminis solicitudinem gerimus ut iustis precantium uotis attenta benignitate faueamus, et libramine ęquitatis omnibus in necessitate positis, quantum Deo donante possumus, subuenire

debeamus: precipue tamen de Venerabilium locorum stabilitate pro
debito honori summe et Apostolice sedis, cuius membra sunt, quan-
tum ex diuino adiutorio possibilitatis donatur, nobis pensandum et
laborandum esse perpendimus. Pro inde iuxta petitionem tuam
prefato Monasterio, cui tu preesse dignosceris, huiusmodi priuile-
gia presentis autoritatis nostre decreta indulgemus, concedimus, atque
firmamus: quod uidelicet Monasterium à Longobardorum Rege
Desiderio in honorem Domini Saluatoris, et beati Benedicti patris
nostri edificatum cognoscitur. Statuimus enim, ut nulli Ecclesias-
tice secularine persone liceat districtum in locis quibusquam
ipsius Monasterij, seu placitum absque Abbatis licentia facere seu
fodrum uel mansionaticum seu ripaticum, aut paratas, seu aliquas
publicas functiones exigere. Abbas autem ubicunque per eadem
loca uoluerit mercatum nemine contradicente constituat, uel edi-
ficet, districtumque seruorum seu liberorum teneat, nec Episcoporum
quenquam in prefato Monasterio dicionem aliquam habere per-
mittimus: et missas publicas preter Abbatis uoluntatem illic
agere prohibemus. Confirmamus igitur eidem uenerabili Mona-
sterio possessiones priorum temporum, idest Ecclesia Sancti Jo-
annis, et aliam sancti Petri in summo Lacu Campilione, Tus-
culano, Materno, patinole, Cauunno, Cubiato, Gusiago,
Casanoua, solarium in Brixia cum broilo usque in uiam orientis,
et cum Ecclesia sancti benedicti, Ecclesiam sancti Benedicti in
Verona, Dalé, Mucianum, Paonem, Castrum nouum cum


Ecclesia sancti Andree, Mucianum cum ecclesia sancti Mi-
chaellis, et sancti Damiani, sanctam Mariam in Mauriatica, S. Maria in Muratica
Botegingum cum ecclesia sancti Petri, Ustellianum, Curtem rup-
tam, Flexum, Fontanellam, Bucellanum, sanctum Marti- flexum
num in Arcene, Turricellam cum ecclesia sancti Benedicti
Carpenetulum, Gambaram cum ecclesia sancte Marie et alia
sancti Petri, Ramedellum et castrum Turricelle cum ecclesia
sancti Andree, Pontianum cum ecclesia Apostolorum Philippi
et Jacobi, et cum plebe sancte Marie et sancti Sebastiani,
Decimam etiam ad idem Pontianum pertinentem, Sanctum
Vincentium, Fontanamlatam, Carsinum cum pertinentiis
suis, Montemlongum cum pertinentiis suis, Ecclesiam s. Georgij in Pontremulo
Potremulo, cum pertinentiis suis, Calauurnum cum pertinentiis
suis, Villam laudem cum duabus partibus de Arcole. Pre-
terea quecunque predia, quecunque possessiones uel catholicorum
Regum uel aliorum fidelium legitimis oblationibus in presenti
uestro Monasterio pertinet, siue in futurum largiente Domino
pertinere contigerint, firma tibi tuisque successoribus et illiba-
ta permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum
liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessio-
nes auferre aut ablatas retinere minuere uel temerarijs uexa-
tionibus fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro
quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus
omnimodis profutura. Decimas atque primitias predecessorum

nostrorum auctoritate monasterio uestro concessas nullatenus dein,
ceps ab Episcopis uel Episcoporum ministris permittimus usurpari.
Chrisma, oleum sanctum, Consecrationes altarium siue Basili,
carum, ordinationes Monachorum siue ceterorum clericorum totius
Abbatie, qui ad sacros fuerint ordines promouendi, a quo ma,
lueritis catholico accipiatis Antistite. Obeunte te nunc eius
loci Abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet
subreptionis astutia, seu uiolentia preponatur, nisi quem
fratres communi consensu uel fratrum pars consilij sanioris
secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint.
Electus autem ad Romanum pontificem consecrandus acce,
Castella Ecclesiasque faciendi:— dat: qui profecto potestatem habeant Castella et Ecclesias
faciendi ubicunque uoluerit in terris ad prefatum monaste,
rium pertinentibus. Piscarias ad ipsum Monasterium pertinentes
in fratrum usus omnibus modis confirmamus: ut nulli facul,
tas sit eas inuadere, aut quibuslibet occasionibus alienare.
Vos igitur filij in Christo dilecti, ut hac semper gratia
digniores censeamini Dei semper timorem in uestris cordibus
habere satagite: ut quanto a secularibus tumultibus liberio,
res estis, tanto ampliores placere Deo totius mentis et
anime uirtutibus anheletis. Siquis igitur in crastinum
Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps,
aut Dux, Marchio, Comes, aut Uicecomes, Iudex, aut
Ecclesiastica quelibet secularisue persona hanc nostre

constitutionis paginam sciens, contra eam temere uenire tentaue,
rit, secundo tertioue commonitus nisi satisfactione congrua
emendauerit, sciat se Domini Apostolorum principis Petri
anathematis uinculo innodatum et a sacratissimo corpore et
sanguine domini nostri alienus fiat, et cum Diabolo et eius
atrocissimis pompis, atque cum Iuda traditore Domini et saluato,
ris nostri Iesu Christi in eterno igne concremandus, si,
mulque et in uoragine tartarea dimissus cum impijs deficiat.
Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domi,
ni nostri Iesu Christi; quatenus et hic fructum bone actionis per,
cipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis
inueniant. Amen . Amen . Amen.



Ego Gregorius catholi ce ecclesie Episcopus ss.



Dat. Late. per manus Petri Cancellarij atque Cardinalis, Anno Domini,
ce Incarnationis millesimo septuagesimo octauo. Pontificatus uero do,
mini Gregorij pape septimi v. sexto Idus Martij. Indictione prima.


Urbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei
dilecto filio Arenico monaſterij Leonensis Abbati tuiſque ſucceſſo-
ribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. pie poſtulatio uolun-
tatis effectu debet proſequente compleri: quatenus et deuotionis ſince-
ritas laudabiliter eniteſcat, et utilitas poſtulata uires indubitanter
aſſumat. tuis igitur dilecte in Domino fili Arenice Abbas peti-
tionibus annuentes sancti Saluatoris monaſterium, cui Deo autore
preſides, ſicut à predeceſſoribus noſtris in tutelam et protectionem
Apoſtolice Sedis ſuſceptum eſt, nos quoque ſuſcipimus: quod uidelicet
Monaſterium à Longobardorum Rege Deſiderio in honore Domini
Saluatoris et beati Benedicti patris noſtri edificatum cognoſcitur.
Statuimus enim ut nulli, ecclesiaſtice ſeculariue perſone liceat
diſtrictum ullum in locis quibus quam ipſius monaſterij, ſeu pla-
citum abſque Abbatis licentia facere, ſeu fodrum uel manſionaticum
ſeu ripaticum, aut paratas, ſeu aliquas publicas functiones exigere.
Abbas autem ubicunque per eadem loca uoluerit mercatum nemine
contradicente conſtituat uel edificet, diſtrictumque ſeruorum ſeu
liberorum teneat, nec Epiſcoporum quemquam in prefato monaſterio
ditionem aliquam habere permittimus. et miſſas publicas preter
Abbatis uoluntatem illic agere prohibemus. Confirmamus igitur
eidem Venerabili monaſterio poſſeſſiones priorum temporum
ideſt plebem sancti Joannis. eccleſiam sancti Petri in ſummo
lacu Campilione, Materno, Patinole, Cauunno, Cubiato,
Guriaco, caſanoua, ſolarium in Brixia cum brolo uſque in uia

orientis et cum eccleſia sancti Benedicti, Eccleſiam sancti Benedicti
in Verona, Dalé, Mucianum, Paonem, Caſtrumnouum cum ec-
cleſia sancti Andree, Mucianum, Gotaringum cum eccleſia sancti
Petri, sanctam Mariam in Mauriatica, Uſtelianum, Curtemrup-
tam, Flexum, Fontanellam, Bucellanum, Turricellam, Carpe-
netulum, Gambaram cum eccleſia sancte Marie, et aliam sancti
Petri, et Caſtrum Turricelle cum eccleſia sancti Andree, Pon-
cianum cum eccleſia Apoſtolorum Philippi et Jacobi et cum plebe
sancte Marie et sancti Sebaſtiani, Decimam etiam ad idem
Poncianum pertinentem, sanctum Vincentium, Fontanam latam
Caſsium cum pertinentiis ſuis, montem longum cum pertinentiis
ſuis, Eccleſiam sancti Marcellini in Tozino cum ſuis omnibus
poſſeſſionibus, Villam laudem cum duabus partibus de Arcolé.
Preterea quecunque predia quaecunque poſſeſſiones uel Catholicorum
Regum, uel aliorum fidelium legitimis oblationibus in preſenti
ueſtro monaſterio pertinent, ſiue in futurum largiente Domino
pertinere contigerit. firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus et illiba-
ta permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum
liceat idem monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones
auferre, aut ablatas retinere, minuere, uel temerariis uexatio-
nibus fatigare, sed omnia integra conſeruentur, eorum pro
quorum ſuſtentatione et gubernatione conceſſa ſunt uſibus
omnimodis profutura. Decimas atque primitias predeceſſorum
noſtrorum autoritate monaſterio ueſtro conceſſas nullatenus


Dale
S. M. in Mauriatica
Flexum

deinceps ab Episcopis uel Episcoporum ministris permittimus usurpa-
ri. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, siue basili-
carum, ordinationes monachorum, siue ceterorum Clericorum totius Abba-
tie, qui ad sacros fuerint ordines promouendi, a quo malueritis
Catholico accipiatis Antistite. Obeunte te nunc eius loci Abba-
te, uel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis
astutia, seu uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi con-
sensu, uel fratrum pars consilij sanioris secundum Dei timorem et
beati Benedicti regulam elegerint. electus autem ad Romanum Pon-
tificem consecrandus accedat, qui profectu potestatem habeat.
Castella erigere / faciendi
Castella et ecclesias faciendi ubicunque uoluerit in terris ad pre-
fatum monasterium pertinentibus. piscarias ad ipsum monasterium
pertinentes in fratrum usus omnibus modis confirmamus: ut nulli
facultas sit eas inuadere, aut quibuslibet occasionibus alienare.
Vos igitur filij in Christo dilecti, ut hac semper gratia digni-
ores censeamini, Dei semper timorem in uestris cordibus habere
satagite, ut quanto a secularibus tumultibus liberiores estis, tan-
to amplius placere Deo totius mentis, et anime uirtutibus anhe-
letis. Si quis igitur in crastinum Archiepiscopus, aut Epis-
copus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vice-
comes, Judex, aut ecclesiastica quelibet secularisue persona hanc
nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere uenire
tentauerit, secundo tertioue commonita, nisi satisfactione
congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat

reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognos-
cat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redempto-
ris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine distric-
te ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus
sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actio-
nis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis
inueniant. Amen Amen Amen ~



Ego Vrbanus catholi-
ce ecclesie Episcopus ss.



Datum Cumis per manum Joannis sancte Romane Ecclesie subdia-
1092 coni xii Calen. Junij. Indictione iii Incarnationis Dominice Anno MLXCII.
Pont. aut. Dni Vrbani Secundi PP. octauo. ~

CAlixtus Episcopus seruus seruorum Dei.
Dilecto filio Tedaldo monasterij Leonensis Abbati eiusque successo-
ribus regulariter substituendis in perpetuum. Pie postulatio uolun-
tatis effectu debet prosequente compleri: quatenus et deuotionis
sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata uires in-
dubitanter assumat. Tuis igitur dilecte in Domino fili Te-

dalde Abbas petitionibus annuentes sancti Saluatoris monasterium, cui Deo autore presides, sicut à predecessoribus nostris in tutelam et protectionem Apostolicę sedis susceptum est, nos quoque suscipimus: quod uidelicet monasterium à Longobardorum Rege Desiderio in honorem Domini Saluatoris et beati Benedicti patris nostri edificatum cognoscitur. Statuimus enim, ut nulli Ecclesiasticę secularíue personę liceat districtum ullum in locis quibusquam ipsius monasterij, seu placitum absque Abbatis licentia facere, seu fodrum uel mansionaticum seu ripaticum aut paratas seu aliquas publicas functiones exigere. Abbas autem ubicunque per eadem loca uoluerit, mercatum nemine contradicente constituat, uel edificet, districtumque seruorum seu liberorum teneat: nec Episcoporum quemquam in prefato monasterio ditionem aliquam habere permittimus, et missas publicas preter Abbatis uoluntatem illic agere prohibemus. Confirmamus igitur eidem uenerabili monasterio possessiones priorum temporum, idest plebem sancti Ioannis, Ecclesiam sancti Petri in summo Lacu, Campilione, Materno, Patinole, Caumno, Cubiato, Gusiaco, Casanoua, Solarium in Brixia cum brolo usque in uiam orientis et cum ecclesia sancti Benedicti, Ecclesiam

Dale sancti Benedicti in Verona Dale, Xtacianum, Paonem, Castrumnouum cum ecclesia sancti Andreę, Milcianum, Gotenigum cum ecclesia sancti Petri, sanctam Mariam in

flexum Xtauriancam, Usselianum, Curtemruptam, Flexum, Fontanellam, Bucellanum, Turricellam, Carpenetulum, Gamba

rum cum ecclesia sanctę Marię, et aliam sancti Petri et Castrum Turricellę cum ecclesia sancti Andreę, Poncianum cum ecclesia Apostolorum Philippi et Iacobi et cum plebe sanctę Marię et sancti Sebastiani, decimam etiam ad idem Poncianum pertinentem, Sanctum Vincentium, Fontanam latam, Cassium cum pertinentiis suis, montem longum cum pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Pontremulum

Georgij in pontetremulo, Talauurnum, Villam laudem cum duabus partibus de Arcole. Preterea quecunque predia, quaecunque possessiones uel catholicorum Regum uel aliorum fidelium legitimis oblationibus in presenti uestro monasterio pertinent, siue in futurum largiente Domino pertinere contigerit, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre aut ablatas retinere minuere, uel temerarijs uexationibus fatigare: Sed omnia integra conseruentur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Decimas atque primitias predecessorum nostrorum autoritate monasterio uestro concessas nullatenus deinceps ab episcopis uel Episcoporum ministris permittimus usurpari. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, siue basilicarum, ordinationes monachorum siue cęterorum clericorum totius Abbatię, qui ad sacros fuerint ordines promouendi, à quo malueritis catholico accipiatis antistite. Obeunte te nunc eius loci Abbate


uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu uiolentia preponatur: nisi quem fratres communi consensu, uel fratrum pars consilij sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. electus autem ad Romanum pontificem consecrandus accedat: qui profecto potestatem habeat castella et Ecclesias faciendi ubicunque uoluerit in terris ad prefatum monasterium pertinentibus. Piscarias ad ipsum monasterium pertinentes in fratrum usus omnibus modis confirmamus: ut nulli facultas sit eas inuadere, aut quibuslibet occasionibus alienare. Uos igitur filij in Christo dilecti ut hac semper gratia digniores existamini, dei semper timorem in uestris cordibus habere satagite: ut quanto a secularibus tumultibus liberiores estis, tanto amplius placere deo totius mentis et anime uirtutibus anheletis. Si quis igitur in crastinum Archiepiscopus aut Episcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes Uicecomes, Iudex aut Ecclesiastica quelibet, secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri

Iesu Christi; quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant: ~

Amen, Amen. Amen.



Ego Calixtus catholice ecclesie Episcopus ss.



Data Laterani per manum Hugonis s. R. Ecclesie subdiaconi xvij Calendas Aprilis Indictione prima Incarnationis dominice Anno MCXXIIJ. Pontificatus autem domini Calixti Secundi pape anno quinto. .1123.

Subscriptiones notariorum ommissis signis sunt uz.

✝ In Christi nomine, Ego Ioannes Saualen sacri palatii notarius et ciuis Brixiensis huius priuilegij autenticum bulla domini Calixti pape munitum uidi et legi, et ut in illo continebatur ita hic, nil addito uel dempto, quod sensum mutet uel sententiam, et autoritate et precepto domini Mirani de Dexio iudicis et assessoris domini Prohini de Incboardis potestatis Brixie, Die Mercurij nono exeunte octobri in Camera palatii noui Communis Brixie, presentibus D. Egidio de Bagnolo causidico et Arimbeno notario Communis Brixie atque Bonauentura Salandi notario Comunis eiusdem, currente millesimo. cc. xxx. Indictione Tertia ad huius exempli con

firmationem me subss.

✠ In Christi nomine: Ego Bonauentura de Vantago not. Dni Ottonis Imperat. et ciuis Brixien., autenticum huius priuilegij bulla Dni Calixti pp. munitum uidi et legi, et sicut in illo continebatur, ita et in isto scriptum inueni, nil additum seu diminutum, quod sensum uel sententiam mutet, autoritate suprascripti Iudicis pot. Brix. et precepto suprascripto die et mense et loco et tempore, et presentibus ad confirmationem me ss.

✠ In Christi noie. Ego Girardus Syrachi not. et Ciuis Brixien. autenticum huius priuilegij bulla Dni Calixti pp munitum uidi et legi, et sicut in illo continebatur, ita et in isto scriptum inueni nil additum seu diminutum, quod sensum mutet uel sententiam, et autoritate suprascripti D. Mirani iudicis pot. Brix. et precepto suprascripto die et mense et loco et tempore et presentibus predictis ad confirmationem me ss.

i 33
7
Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei,

dilecto filio Tedaldo Abbati Leonensis Monasterij, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Religionis desiderijs facilis est prebendus assensus: ut fidelis deuotio celerem sortiantur effectum. ea propter dilecte in Dno fili Tedalde Abbas tuis rationabilibus postulationibus accomodantes assensum, Leonense monasterium, quod à Longobardorum Rege Desiderio in honore Dni Saluatoris et beati Benedicti edificatum esse cognoscitur, cui Deo autore presides, ad exemplum predecessorum nostrorum felicis memorie Pascalis et Calixti Romanorum Pontificum in tutelam et protectionem beati Petri suscipimus et Apostolice Sedis priuilegio communimus. Statuimus enim, ut nulli Ecclesiastice secularive persone liceat districtum ullum in locis quibusquam ipsius monasterij seu placitum absque Abbatis licentia facere, seu fodrum uel mansionaticum seu ripaticum aut paratas, seu aliquas publicas functiones exigere. Abbas autem, ubicunque per eadem loca uoluerit, mercatum nemine contradicente constituat uel edificet: districtumque seruorum seu liberorum teneat: nec Episcoporum quenquam in prefato monasterio dicionem aliquam habere permittimus, et missas publicas preter Abbatis uoluntatem illic agere prohibemus. Confirmamus igitur eidem monasterio possessiones priorum temporum, idest plebem sancti Joannis, Ecclesiam sancti Petri, in summo lacu, Campilione, Materno, Patinole, Cauunno, Cubiato Busiaco Casa noua, Solarium in Brixia cum brolo usque in uiam orientis et cum sancti Benedicti ecclesia, Ecclesiam sancti Benedicti in Verona, Dale, Mucianum, Paonem, Castrum nouum cum ecclesia sancti Andree, Auilcianum, Gotenengum cum ecclesia sancti Petri, Sanctam Mariam in Mauriacicam, Ustelianum, Curtem ruptam, Flexum, Fontanellam, Bucellanum, Turricellam, Carpenetulum, Gambaram cum ecclesia sancte

Dale

S. M. [illegible]

Marię et aliam sancti Petri, et Caſtrum Turricellę cum eccleſia sancti Andreę, Pancianum cum Eccleſia Apoſtolorum Philippi et Jacobi et cum plebe sanctę Marię et sancti Sebaſtiani, Deci-mam etiam ad idem Pancianum pertinentem, Sanctum Vincen-tium, Fontanam latam, Caſsium cum pertinentijs suis, montem

Pontetremulum

longum cum pertinentijs suis, Eccleſiam sancti Georgi in ponte tremulo, Talauurnum, Villam laudem cum duabus par-tibus de Arcole. preterea quęcunque predia quęcunque poſseſsiones uel catholicorum Regum uel aliorum fidelium legitimis oblationibus in presenti ueſtro monaſterio pertinent, siue in futurum largi-ente Domino pertinere contigerit, firma tibi tuisque succeſsoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monaſterium temere perturbare, aut eius poſseſsiones auferre, aut ablatas retinere, minuere uel temerarijs uexationibus fatigare, sed omnia integra conser-uentur, eorum pro quorum suſtentatione et gubernatione con-

decime

ceſsa sunt usibus omnimodis profutura. Decimas atque primi-tias predeceſsorum noſtrorum autoritate monaſterio ueſtro con-ceſsas nullatenus deinceps ab Epiſcopis uel Epiſcoporum mi-niſtris permittimus uſurpari. Chriſma, oleum sanctum, Con-secrationes altarium siue Baſilicarum, ordinationes monachorum, siue ceterorum clericorum totius Abbatię, qui ad sacros fuerint ordines promouendi, a quo malueritis catholico accipiatis An-tiſtite. Obeunte te nunc eius loci Abbate, uel tuorum quolibet

succeſsorum nullus ibi qualibet subreptionis aſtutia, seu uiolen-tia preponatur, niſi quem fratres communi conſensu uel fra-trum pars consilij sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Electus autem ad Romanum Pon-tificem conſecrandus accedat, qui profecto poteſtatem habeat Caſtella et Eccleſias faciendi ubicunque uoluerit in terris ad


castella et ecclesias faciendi

prefatum monaſterium pertinentibus. Piſcarias ad ipſum mona-ſterium pertinentes in fratrum uſus omnibus modis confirma-mus, ut nulli facultas sit eas inuadere aut quibuslibet occa-sionibus alienare. Vos igitur filij in Chriſto dilecti, ut hac ſemper gratia digniores conſcamini Dei ſemper timorem in ueſtris cordibus habere satagite; ut quanto à secularibus tumultibus liberiores eſtis, tanto amplius placere Deo totius mentis et animę uirtutibus anheletis. Si quis igitur in poſte-rum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Iudex aut eccle-siaſtica quęlibet secularisue persona hanc noſtrę conſtitu-tionis paginam ſciens, contra eam temere uenire tentauerit, secundo tertioue commonita, niſi satiſfactione congrua emendauerit, poteſtatis honorisque sui dignitate careat. reamque se diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, et a sacratiſsimo corpore, ac sanguine Dei et Domini redemptoris no-ſtri Jesu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſ-tricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta-

seruantibus sit pax Dni nri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen Amen Amen



Ego Innocentius catholice ecclesie Episcopus ss.



Ego Anselmus presbiter Cardinalis titulo sancti Laurentij in Lucina ss.

Ego Romanus Diaconus Cardinalis sancte Marie in porticu ss.

Ego Gregorius Diaconus Cardinalis sanctor. Sergij et Bachi ss.

Ego Otto Diaconus Cardinalis sancti Georgij ss.

Dat. Brixie per manum Aimerici sancte Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis, et Cancellarij. vij. Calen. Augusti. Indict. decima Incarnat. dominice. Anno. M c xxxiij. Pont. uero Dni Innocentij PP. Anno. iij.

In Christi nomine, Ego Girardus Sirachi Notarius Ciuis Brixiensis huius priuilegij autenticum bulla Dni Innocentij PP. munitum uidi et legi, et sicut in illo continebatur, ita hic nil addito uel dempto, quod sensum uel sententiam mutet, et autoritate et precepto Dni Mirani de Desio iudicis et assessoris Dni Probini de Incho-

ardis pot. Comis Brixie. Die mercurij nono ext. Octobris. in Camera pallatij noui Comis Brixie, presentibus Dno Egidio de Bagnolo Causidico, et Ariuabeno Giroldi not. Cois Brixie, atque Bonauentura Walandi not. comis eiusdem, currente. M cc xxx. Indict. tertia ad huius exempli confirmationem me subscripsi.

In Christi nomine. Ego Joannes Saualen. sacri pallatij Not. et Ciuis brixiensis huius priuilegij autenticum bulla Dni Innocentij PP. munitum uidi et legi, et ut in illo continebatur ita hic scriptum inueni nil additum uel diminutum, quod sensum mutet uel sententiam, et autoritate, ac precepto dicti Dni Mirani Judicis potestatis brixie suprascripto die, et loco, et millesimo, et Testibus supradictis presentibus, ad confirmationem me subscripsi.

In Christi nomine. Ego Bonauentura de Vanzago Not. Dni Ottonis Imperatoris autenticum huius priuilegij bulla Dni Innocentij PP. munitum uidi et legi: et ut in illo continebatur, ita hic scriptum inueni nil additum uel diminutum, quod sensum mutet uel sententiam: et autoritate ac precepto Dni Mirani Judicis potest. brixie subrascripto die et loco et Millesimo et Testibus suprascriptis presentibus ad confirmationem me subscripsi.

Eugenius Episcopus seruus seruor. Dei

Dilecto filio Honesto Abbati Leonensis monastery eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstrat

animo nos decet libenti concedere, et petentium desid[eri]is congru-
um impertiri ſuffragium. ea propter dilecte in Domino fili
Honeſte Abbas tuis rationabilibus poſtulationibus accomodantes
assensum, Leonense monaſterium quod à Longobardor Rege
Desiderio in honore Dni Saluatoris et beati Benedicti edeficatu
eſſe cognoſcitur, cui Deo autore preſides, ad exemplum predeces-
sor nostror felicis memorie Paschalis, Calixti, Innocentij,
Romanor Pontificum in tutelam et protectionem beati Petri ſus-
cipimus, et Apoſtolice Sedis priuilegio communimus. Statuimus
enim, ut nulli Eccleſiaſtice, ſecularive perſone liceat diſtric-
tum ullum in locis quibusquam ipsius monaſterij seu placitum
absq Abbatis licentia facere, seu fodrum, uel mansionaticum
seu ripaticum, aut paratas, seu aliquas publicas functiones exi-
gere. Abbas autem, ubicunq per eadem Loca uoluerit, mer-
catum nemine contradicente conſtituat uel edificet, diſtrictumq
seruor seu liberor teneat: nec Episcopor quenquam in pre-
fato monaſterio dicionem aliquam habere permittimus: et mis-
sas publicas preter Abbatis uoluntatem illic agere prohibemus.
Confirmamus igitur eidem monaſterio poſſeſſiones prior tem-
por, ideſt plebem sancti Joannis, Eccleſiam Sancti Petri in
summo lacu, Campilione, Materno, Patinole, Cauunno,
Cubiato, Buſsiaco, Casanoua, Solarium in Brixia cum brolo
usq in uiam orientis et cum sancti Benedicti ecclesia, Eccle-
Dale:- siam sancti Benedicti in Verona, Dale, Alucianum, Pao-

nem, Caſtrum nouum cum ecclesia sancti Andree, Milciani,
Goteningum cum ecclesia sancti Petri, Eccleſiam sancte Marie S. M. in Mauriatica
in Mauriaticam, Uſtilianum, Curtem ruptam, Flexum, Fonta-
nellam, Bucellanum, Turricellam, Carpenetulum, Gamba-
ram, cum ecclesia sancte Marie et alia sancti Petri et
Caſtrum Turricelle cum ecclesia sancti Andree, Poncianum,
cum eccleſia apoſtolor Philippi et Jacobi et cum plebe sancte
Marie et sancti Sebaſtiani, Decimam etiam ad idem Poncia-
cianum pertinentem, Sanctum Vincentium in Rodiliano, duas
ecclesias, unam in Caſtro et alteram extra Caſtrum, Volli-
um, Fontanam latam, Caſsium cum pertinentijs suis, Mon-
tem Lompei cum pertinentijs suis, Eccleſiam sancti Georgij Ponte tremulo
in ponte Tremulo, Talauurnum, Villam laudem cum dua-
bus partibus de Arcole, preterea quecunq predia, quecunq poſ-
seſsiones, uel catholicor Regum, seu alior fidelium legiti-
mis oblationibus in preſenti ueſtro monaſterio pertinent siue
in futurum largiente Dno pertinere contigerit, firma tibi
tuisq successoribus et illibata permaneant. Decernimus er-
go, ut nulli omnino hominum liceat idem monaſterium temere
perturbare, aut eius poſſeſsiones auferre, uel ablatas retinere,
minuere, seu temerarijs uexationibus fatigare: sed omnia in-
tegra conseruentur, eor pro quor suſtentatione et guber-
natione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Decimas
atq primitias predecessor noſtror autoritate monaſterio uro

conceſſas nullatenus deinceps ab Epiſcopis uel Epiſcopor͞ miniſtris
permittimus usurpari. Chriſma, oleum sanctum, consecrationes
altarium seu baſilicarum, ordinationes monachor͞, siue cęte-
ror͞ clericor͞ totius Abbatię, qui ad sacros fuerint ordines pro-
mouendi, à quo malueritis catholico accipiatis Antiſtite. Obe-
unte te nunc eius loci Abbate uel tuor͞ quolibet successor͞,
nullus ibi qualibet subreptionis aſtutia, seu uiolentia preponat,
niſi quem fratres communi consensu uel fratrum pars con-
ſilij sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regu-
lam elegerint. Electus autem ad Romanum pontificem
consecrandus accedat. Piscarias ad ipsum monaſterium per-
tinētes in fratrum usus omnibus modis confirmamus, ut nulli
facultas sit eas inuadere, aut quibuslibet occaſionibus alienā-
re. Vos igitur filij in Chriſto dilecti, ut hac ſemper gratia
digniores censeamini, Dei semper timorem in ueſtris cordibus ha-
bere satagite, ut quanto à secularibus tumultibus liberiores eſtis,
tanto amplius placere Deo totius mentis et animę uirtutibus
anheletis, salua nimirum in omnibus apoſtolicę sedis autori-
tate. Si quis igitur in poſterum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Im-
perator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes,
Iudex, aut Eccleſiaſtica quelibet, secularisuę persona hanc
noſtrę conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere uenire
tentauerit, secundo tertioue commonita, ſi non satisfactione
congrua emendauerit, poteſtatis honorisq sui dignitate careat,

reamq se diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſ-
cat. et à sacratiſſimo corpore ac sanguine Dei et Dn͞i redem-
ptoris noſtri Jesu Chriſti aliena fiat, atq in extremo examine
diſtrictę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta
seruantibus ſit pax Dn͞i noſtri Jesu Chriſti: quatenus et hic
fructum bonę actionis percipiant, et apud diſtrictum Iudicē
premia eternę pacis inueniant.



Ego Eugenius catholicę
eccleſię epiſcopus ss.

✠ Ego Guido presbiter Cardinalis Titulo sancti Griſogoni ss.
✠ Ego Hubaldus pbr Cardinalis titulo sanctor͞ Joannis et Pauli ss.
✠ Ego Theoduuinus sanctę Rufinę Epiſcopus ss.
✠ Ego Octauianus Diaconus Cardinalis sancti Nicolaij in carce-
re Tulliano ss.
✠ Ego Aribertus pbr Cardinalis titulo sanctę Anaſtaſię ss.
Ego Jordanus pbr Cardinalis titulo sanctę Suſannę ss.
D. Viterbii per manum Baronis sanctę Romanę Eccl͞ę
subdiacon͞i. viij. Calen͞. Nouembris. Indict͞. x. Incarnat͞

1146 dominice Anno. M.C.XLVI. Pont.s uero Dni Eugenij tertij PP. Anno secundo.

Subscriptio Notarij ommisso signo est dz.


+ In Christi nomine. Anno Dni millesimo ducentesimo septuagesimo sexto. Indict. quarta. Die penult.o Augusti, In caminata plana Episcopij Brixien. presentibus Dnis Dum Zano Abbate monasterij sancti Petri in monte, presbitero Oldofredo de Leno, et Alberto de Madijs, Canonicis Brixien. Montanino de Flamenghis et Conradino de Madijs rogatis testibus, coram uenerabili patre Dno Berardo dei gratia Episcopo Brix. ego Iacobus quondam Ferrarini not. una cum infrascriptis Girardo Pergami, et Venturino de Verziano not. autenticum huius exempli sanum, et integrum, non uiciatum, non cancellatum, neq. abolitum in aliqua parte sui, cum bulla plubea Dni. PP. pendente uidi et legi et ausculaui, et sicut continebatur in illo, ita et in hoc exemplo de uerbo ad uerbum scriptum reperi, nil addito uel diminuto, quod sensum uel sententiam mutet, me quoq. uerbo et autoritate dicti Dni Epi. ss.

7 Adrianus Episcopus seruus seruorum Dei


dilectis filijs Honesto Abbati, et uniuersis fratribus Leonensis ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Quanto spetialius Leonense monasterium ad ius sacrosancte Romane ecclesie noscitur pertinere, tanto amplius oportet nos eius iura illibata et integra conseruare, et ea que ad honorem et dignitatem ipsius spectare noscuntur, eidem compellimur sine contradictione aliqua indulgere: quia enim idem monasterium iuris beati Petri indubitanter existit, et apostolice sedis est tuitione munitum, ad concedendum ea que ad eius utilitatem spectare cognoscimus, non debemus difficiles inueniri: sed ita illorum dignis postulationibus qui ibidem ad Dei seruitium conuersantur, conuenit nos assensum facilem impertiri, quod ex ipsa impetrandi facilitate ad ius et proprietatem sacrosancte Romane ecclesie ipsum monasterium, cui deseruiunt, gaudeant pertinere. huius utiq. rationis intuitu dilecti in Domino filij, prouocati, uestris iustis postulationibus gratum impertimur assensum, et decimas nonalium totius Abbatie uobis in perpetuum confirmantes, apostolice sedis autoritate sancimus, ut nulli ecclesiastice uel seculari persone liceat molestiam decetero, aut diminutionem aliquam de ipsis decimis predicto monasterio facere, uel ipsum super his deinceps ullatenus infestare. Ad hec, ut beneuolentiam et gratiam nostram circa uos uberem sentiatis, et de apostolice abundantia pietatis optatum exultetis uos donum beneficij reportare, mitram, chyrothecas, caligas, et sandalia tibi dilecte fili Abbas, tuisq. successoribus perpetuis temporibus duximus concedenda: ut uidelicet his omnibus uti intra ecclesiam uestram in missarum celebrationibus: mitram uero tantum in concilijs Romanorum pontificum debeatis. Decernimus ergo ut nulli om

Decimas nonal.

nino hominum liceat hanc nostram institutionem et confirmationem infringere, uel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hanc nostre confirmationis paginam sciens, contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioue commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reumq; se diuino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atq; in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis uero eam seruantibus sit pax dni nostri Jesu Christi: quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant: Amen Amen Amen.



Ego Adrianus catholice sedis episcopus ff.



✠ Ego Guido pbr Cardinalis titulo sancti Crisogoni ff.
✠ Ego Julius pbr Cardinalis titulo sancti Marcelli ff.
✠ Ego guidem Octauianus pbr Cardinalis titulo sancte Cecilie ff.
✠ Ego Gerardus pbr Cardinalis titulo sancti Stephani in Celio monte ff.
✠ Ego Henricus pbr Cardinalis titulo sanctor. Nerei et Achillei ff.
✠ Ego Marcellus Tuscus Eps ff.
✠ Ego Gregorius Sabinensis Eps ff.
✠ Ego Odus diaconus Cardinalis sancti Gregorij ad uelum aureum ff.
✠ Ego Guido diaconus Cardinalis sancte Marie in Porticu ff.
✠ Ego Jacintus diaconus Cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ff.
✠ Ego Ildebrandus diaconus Cardinalis sancti Eustachij ff.
✠ Dat. Lat. per manum Rolandi sancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis et Cancellarij nono decembris. Indict. quinta. Incarnat. dominice. Anno M.c.lvi. Pont. dni Adriani pp. Quarti. Anno Tertio.

subscriptiones notariorum ommissis signis sunt vz.

✠ Ego Ubaldus sacri Palatii Not. autenticum huius exempli uidi et legi, preter syllabas uel literas nec iungi nec minui, et sicuti in eo continebatur scripsi. et in publicam formam detraxi.
✠ Ego Enginulfus qui vocor per Munt dni Enrici nomi imperat. not. huius exempli autenticum sigillo Adriani pp. signatum uidi, legi et manu ff.
✠ Ego Raynerius sacri palatii not. autenticum huius exempli uidi, legi, ausculaui, et ff.
✠ Ego Jacobus sacri palatii not. autenticu huius exempli uidi, legi, et ausculaui et manu mea subscripsi.

Honorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei

dilecto filio Tedaldo monaſterij Leonenſis Abbati, eiusq; succes-
ſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Pie poſtulatio uo-
luntatis effectu debet proſequente compleri. Quatenus et deuotio-
nis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, et utilitas poſtulata uires indubi-
tanter aſſumat. Tuis igitur dilecte in Dno fili Tedalde Abbas peti-
tionibus annuentes ſancti Saluatoris monaſterium, cui deo autore
preſides, ſicut à predeceſſoribus noſtris in tutelam et protectio-
nem apoſtolice Sedis ſuſceptum eſt, nos quoq; ſuſcipimus, quod
uidelicet monaſterium à Longobardorum rege deſiderio in honore
Dni Saluatoris et beati Benedicti patris noſtri edificatum cogno-
ſcitur. Statuimus enim, ut nulli eccleſiaſtice ſecularive perſone li-
ceat diſtrictum ullum in locis quibusquam ipſius monaſterij ſeu
placitum absq; Abbatis licentia facere, ſeu fodrum uel manſio-
naticum, ſeu ripaticum, aut paratas ſeu aliquas publicas functio-
nes exigere. Abbas autem ubicunq; per eadem loca uoluerit, mer-
